senectutis causata. etiā canicies causat͂ ex malicia ɔplexionis aliquādo et illa bñ ɔtingit in iuuētute. aliqñ etiā ex humore indigesto Aliquādo ex nimio timore vel cura vt ptʒ de mercatoribus et nauigantibus et raptorib' Uñ metrista Cura facit canos quamuis homo non habet annos

¶ Queritur quare crines ruffi cicius albescūt q̄ alij. rñdetur scd̄m Arestotelē qđ rubedo est infirmitas pilorꝫ nam generat͂ ex materia infirma et debili. scʒ ex materia mēstruali ideo cicius canescunt q̄ crines nigri.

¶ Queritur quare lupi grisescunt pro quo nota differentiam inter caniciem et grisiciem Quia canicies causatur ex defectu caloris naturalis Sed grisicies ex voracitate et comestione vt habet͂ p Arestotelē septio de aīalib' Cum lup' est aīal multum vorax et multū comedit et gulose sine masticatione et semel deuorat in tantum q̄ contentat͂ per triduū Et tunc ille cibus causat vapores grossos in corpore ipsius lupi et per consequēs grisicies in ipsis generatur Itē grisicies et canicies Scd̄o differunt quia grisicies fit per totum corpus. canicies solummodo in capite.

¶ Quare equi grisescunt. rñdetur scd̄m Arestotelē in libro de animalib'. q̄ illorꝫ corpa plurimū sūt in sole et scd̄m Aresto. iiij. metheororꝫ Calor etiam quandoq̄ accidentalis facit putrescere. ergo ex tali calore materia pilorꝫ putrescit et per consequens etiaʒ valde cito caluantur.

¶ Queritur quare homines caluescūt et arbores in hyeme defoliantur. rñdetur scd̄m Arestotelem vbi supra de aīalibus q̄ eadē de cā hoīes caluescunt et arbores defoliantur Quia defectus humiditatis vtrobiq̄ est causa defectus taʒ pilorum q̄ foliorum et hoc pulchre declaratur. quia per actum venereum homo caluescit. quia luxuria ē emissio naturalis hūiditat͂ et caliditatis. et sic per luxuriam humidum consumitur qđ est nutrimentū pilorum. ergo sequitur caluicies. et hoc declaratur euidenter de eunuchis et mulierib'

capitis conuertitur Scd̄o rñdetur Q' hūores in hoīe sūt pingues nō cito exsiccabiles ergo pili ꝓlōgāt͂ in alijs aīalib' humores faciliter sunt exsiccabiles ergo cessat ab eis ꝓlongatio pilorꝫ

¶ Queritur ad ideʒ quare in alijs aīalib' pili solum infiguntur cuti sed in hoīe ꝓfundi' radicātur in cute. hoc patet q̄ plus habet de nutrimēto ergo etiā magis ad interiora ꝓlongātur Et hec etiam est ratio quare pili in alijs animalibus variantur ad variationem cutis et non in hominibus nisi aliquando in cicatrice.

¶ Quare mulieres habent longiores crinēs q̄ viri. rñdet͂ q̄ mulieres sunt humidiores q̄m viri et magis flegmatice ḡ in eis plus de materia pilosum est. per consequens sequitur longitudo et cū hoc talis materia cerebri magis augetur a membris interiorib' et maxime tp̄e menstrui tunc materia ascendit et augmētatur humor pilorꝫ vt dicit Albertus Si pilus mēstruose mulieris ponatur sub fimo ex isto generat͂ serpens venenosissimus Scd̄o rñdetur Q' mulieres non sūt barbate Quia materia barbe transit in materiam pilorum et sic pili mulierum prolongantur.

¶ Quare aliqui homines habent molles crines et aliqui duros. Rñdetur scd̄m Arestotelē q̄ cutis et pilus sunt termini annalogi modo quedam cutis est dura quedam spissa quedā subtilis quedam grossa. ergo pilus qui egreditur per poros superficialis grosse cutis fit grossus et qui per poros subtiles fit subtilis. Etiam quando pori sunt aperti tūc exiit multus humor ergo duri pili generantur. Et vbi pori sunt angusti ibi molles et subtiles pili generātur et hoc Arestoteles in hominibus declarat. huius signuʒ habemus primo quia mulieres habēt molliores crines quā viri qđ contingit ex eo q̄ pori in eis sunt clausi ꝓpter frigiditatem Secundo quia colerici prout frequenter habent duriores et grossiores pilos alijs propter caliditatē ipsorꝫ et in eis pori valde sunt apti ergo etiā barbescūt alias. ergo dicit philozoph' in phiso



nomia q̄ aīalia duros pilos habētia sunt audaciora. Quia tales pili ordinati sūt p calorē et colerā et colera facit semp pugnare Etiam Arestoteles ponit exemplū de vrso et apro Et per oppositū aīalia molles crines hñtia sūt timida q̄ frigida vt lep' et ceru' Itē Arestoteles dicit aliā rationē mollicie et duricie pilorꝫ Quia in regione calida grossiores pili generantur vt habent ethiopes per oppositū est de regione frigida vt versus septentrionem.

¶ Quare quidā hoīes habent crispos crines et quidam planos Rñdet͂ Q' cā crispitudinis ē suꝑhabūdātia caloris vt si in hoīe ē mult' calor tūc generant͂ pili crispi Quia tūc mouētur sursū Et hui' signū est Qñ aliquis intrat balneū licet habet crines planissimos. postea tamen habet aliquos crispos ergo balneatores prout frequenter habent crispos crines Similiter ethiopes et colerici Sʒ causa planiciei est multa humiditas fumi diametraliter tendens deorsum Et hui' signū ē Q' muliers prout frequēter hñt planos capillos quia sunt multe hūiditat͂ et pauce caliditatis

¶ Quare mulieres pubescūt. sed viri in pectore barbescūt et non alibi. rñdetur medicinaliter q̄ in viris et in mulierib' ē ɔfluencia hūiditat͂ ibidē. et magis in mulierib'. q̄ in viris est os vesice in illo loco in quo tenet͂ vrina ex q̄ vrina generantur pili in pectore et circa vmblicū Sʒ de mulierib' dicit͂ q̄ hūiditas vesice et matricis ibi ɔiungit͂ ergo mult' fumus ibi resoluit͂ q̄ ē materia pilorꝫ q̄ eodē mō fit sub hūeris et in alijs locis hirsut͂.

¶ Quare mulieres nō barbescūt Rñdet͂ q̄ in eis est defect' caliditat͂ vt etiam in aliq̄b' viris effeminat͂ q̄ sūt carentes barba ꝓpter eandem cāʒ. q̄ habēt complexionem muliebrem.

¶ Quare suspensis crescūt crines. Rñdet͂ q̄ corpora eorꝫ sūt exposita seu exposita soli. qui sol suo calore totum huidū resoluit in fumū. ex quo generantur crines et augmētātur.

¶ Quare pili barbe sūt magis grossi alijs et quāto magis abradunt͂ tāto pl' idurescūt. rñdet͂ p vnā reglaʒ medicinalē quāto pl' de aliquo liquore hūor separatur tāto pl' ad talem locū hūor ɔtrahit͂. ḡ quāto pl' pili abradunt͂ tāto magis ibi ɔfluūt hūores et ex eis crines generātur Et ibidē indurescūt

¶ Quare mulieres sunt valde plane et formose respectu virorꝫ. rñdetur scd̄m Arestotelē pmo de generatiōe aīalium q̄ in mulierib' tota hūiditas et suꝑfluitas q̄ est materia pilorū corpis. expellit͂ cū materia mēstruali. q̄ manet in viris euaporaliter trāsiens in pilos. et huius signū ē q̄ mulieres raro habent fluxū de naribus et apostemata et vlcera Quia talis materia euaporatur cū mēstruo Itē aliud signū. quia videmus aliquas vetulas barbescere in senectute. licet post quadraginta annos vl' quinquaginta cū eis mēstrua cessāt quod patet per Arestotelem. ix. de animalibus.

¶ Quare inter omia animalia soli hoīes canescūt vt vult Porphirius et Arestoteles pmo de generatione Rñdetur scd̄m philozophū q̄ canicies causatur in homib' Quia hō inter oīa animalia hʒ calidissimū cor ideo natura sagax ne p calorem cordis homo suffocaretur. cor calidissimū opposuit cerebro frigidissimo. vt caliditas cordis temperaretur frigiditate cerebri: et econuerso frigiditas cerebri temperaretur calore cordis. sic q̄ temperamentū redderetur vtrobiq̄ hoc patet etiaʒ ex signo tali. q̄ homo inter omnia animalia habʒ turpissimum odoratū. ij. de anima Etiā hō quasi mediū vite ɔsumit dormiendo et hoc ɔtingit ex suꝑhabūdantia cerebri frigidi et humidi. et sic indiget calore naturali illud hūidum digerente et ɔsumente Et illū calorē habet sufficienter in iuuentute ideo non efficitur canus Tempore vero senectutis deficit in calore naturali. Et sic vapores ascendentes a stomacho manēt indigesti ꝓpter defectum caloris naturalis et sic consequenter putrescūt et illā putrefactionem humorum sequitur albedo que dicitur canicies Ex illo patet q̄ canicies nihil aliud est nisi albedo crinium ex putrefactione humorū circa radices pilorum ex defectu caloris naturalis tempore